Dico aut hoc q̄ obscure dixerat magis declarat. Dico aut nō nuptos i virginibus z viduis bonū est illos si sic permanserint sicut ego. i contineter uiuere. q̄ si nō gtinet. i. si nō possunt continere nō aut permittit adeo nubant matrimoniū. trahens melius est nubere quā uri. i. q̄ grauius superari grauiq; in q̄ ignis est z id quia ab spū ignis celestis q̄ ad supa p̄tinet accensa uritur. Et cōsiderandū est q̄ apls hic utitur cōparatione abusiua q̄ grauia uri malū est. sm̄ nubere aut bonū nullo tn quia continere est ḡ sensus melius est. i. magis eligibile est q̄ homo nullo bonū habeat q̄ q̄ malū uitet uratur. hīs aut hic mō scribit eos qui de matrimonio uiuūti sunt de quo nō dissolubilitate z diuisim in duas partes q̄ p̄o agit de dissolutione matrimonii q̄n utrūq; coniugum est fidelis. 2o q̄n alterū est infidelis ibi cetris aut. p̄ma ad huc in duas q̄ p̄o docet eos in dissolubilitate matrimonii. 2o q̄ sit agendum q̄n gtingit ipsū a quoq; separari. i. q̄ si discedit. Circa p̄mum 3m hīs aut qui matrimonio uiuūti sunt nō ego dns. i. nō propio ppō. sed auctōe dei uxorē a uiro nō discedere. secundū dom est sup̄ matrimoniū po fuit mō statutū ad legitime prolis procreationē mutuq; procreate mutuone z mō seruande de moribus regitur magnū ipō propt̄ q̄ nō dicatur q̄ uirū uxor p totam uitā mō separari coniungitur et id matrimoniū sic diffinit. Quod ē psonaꝝ legitt̄ maꝝ iunctio in diuidua i indiuisa uite cōsuetudine retinens propt̄ q̄d discedere uxorem a uiro cadit sub p̄cepto

cā formicationis qua caꝝ excipit saluator Math. v. idem ē de discessu uiri a uxore in hoc n ad p̄sens iudicā. Sed si discesserit hic cōmēdatur q̄ sit agend. quia aliquā separatio matrimonii. hz n. unitas matrimonij estimata sit indissolubile n̄ per mortē alterius corpale tn ab ex causa formicationis probata pt dissolui quantū ad thorū. ad cohabitationē et sic dicit apostolus Sed si discesserit uxor a uiro i. cau dotis manere in nupta sine aut uiro suo reuocari. sicut n̄ potest discedere a uiro subsequente correctionis ei uita post discessū pt̄ zelū debet si nō possit ḡmanere q̄ nō pt̄ alii nubere ipō uiuente. Ita uerus hic ḡm aug̃ de dissoluere z solutione matrimonij q̄n alt̄ coniugū est infidelis. Et d̄ in duas ptes q̄ p̄o agit de recessu ex parte fidelis. 2o ex parte infidelis. Quid si infidelis. Circa p̄z dicat. Ita uerū q̄ sine dispendio cultus dei. Dico ē nō dns. i. do cōsiliū q̄ nō est adhuc diuinū p̄cept̄. Si quis frater i. sic xp̄ianus uxorem habz infidelem et ipa consentit habitare cū illo pacifice et sine contumelia fidei xp̄iane nō dimittat illa. Et id subditur de uxore fideli de uxore fideli uirū infidelem habere cui d̄. et si qua mulier. mō n̄ sine pacifica et sine contumelia fidei xp̄iane nō dimittat illa. Et id subditur de uxore fide

mfideli remanet qrr ps ifideliu
talibus pualebat qp pauci erat
fideles · zsubmfidelibus iudeis
constituti zhoc eqo d^z alie gn filii
viri mmudi eent · i mfidelitate
pmanent vne dca nuc at mudi
sut · adducti ad fide mo dco · eid^z
at qd consiliu apli sit g sacra scp
turam · qr · esdre x saus esdras
feat abia uxores aliem genas
ei filios eius a filiis israhel fi
delibus · Et g sacros canones qr
xxviii q^nes p^o ca Judei d^z no pt
mfidelis ei fideli mei cohitone
permanè que ia ad xpiana tras
lata e fidem · Hdp^m 88 qi mir^a illa
erat gr̃a tracta gr̃a dm phibitionem
que h^z deut^o vii erid n^a erat qm illi
matmoi^m g dei phibitone; pt esse
ratum / pp^r qd esdras feat i^a separi
xbn Ad stdm dicend qi p̃mitua
etia passim cohabitabat aqui de
iudeis zsilit de gentilibus et pille
tempelo^z aplius qr tut eat spes q
mfidelis trahetur ad fide per fide
lem · personā s̃m matmoniū uicta
p̃dete vero tempe iudei fuit obsta
nati no sic gentiles at / et ideo fide
lis permittebat^z habitare cū mfideli
de gentilibus no tm de iudeis modo
uerū pari passu ambulant quia
uterque reputat^z obstinati et sit
no permittitur fidelis cū mfideli
de gentilibus ysus n̄ deillis · et hoc
modo loq̃tur de ritu allegatum
Si mfidelis / hic gr̃a agit^z de dis
censu ex parte mfidelis cū dicat^z
qsi mfidelis / modiu fidei xpiane
discedat q dicat liberatus e fidel
ab eq̃uoc^o et pot alii contrahe'
et sub^z tā cū d^z no en seruitute sub
iectus fr̄ aut sozor · i xpiāis ut̄ ppia
i eiusmoi / ut trea^z mfidelem aquo^o
sequi a^o gtede^r i iudi^o ul alibi pro eq
cohita^oe zsub^z tā impace at voca^t
nos deus · no mlitigis et cotecidib
ꝫ q ecia poss dq^s azgue i cotrad^m
s̃ q tere^z hoc facē ut poss ifidelem
per cohitacone ad fide co'uertere · Jo
hoc remo^t dicens / non n sas mliez
si vir saluu fiet^s q̃i dicat no pt
h^o sac̃ n p dina reuelacone ppter q
subd^z mst vmquiq̃ sicud diuisit
deus · i ordia^t reuelare · s̃ at utam
humana magy probabilem videtur
q mfidelis subuerteret fidele si se
que^a eu discedente exodio fidi xpiane
et vmiquiq̃ / p q̃ q aplus egit de
solutoe et dissolutone matmony
d̃icit q fidelis d̃z manē cū mfideli
si pt sn contumelia xpi · h^z cosequ^r
exmadenti dat gr̃ale documentum
stando i statu suo unusquisq; vocat^z ad fide
dices · z vniquisque sicud vocauit
eu deus ita ambulet quatu ad illa
que no repugnet statui fidei · et sicud
in aliis eccl̃ys docet q dicat no solum
uobis chorinthijs ꝫ · z aliis hoc dyo
q doctina fidei d̃z habe vmtate et
maxie m hoc q q̃libet sit gtentus
statu in quo vocatus e ad fidem
n impediat dei seruitutem et explī
cat magis in speciali dicens · Circu
assus aquis vocatus e no adducat
ppucium · i no sequat^z ritu gentiliu
q sp fiunt circūcisiones · Impūs aquis
vocatus e no circūcidatur / Voles
seruare legā que cessa^nt i morte
xpi · maxie quatu ad a'monalia
de q̃bus fiunt circūcisio cū suaedut

Cap. A.

bapi^m^g m noua lege / de subd^o / Cura^e
inchile / i nt fac ad salem / ℔ obserua^e
mdatoz / di math xix^o di vis ad vita
ig^s / serua mdata / d^o n de dam^e
uuio nali^e p^r q obliga^o ipoz ℔ maz
simus vot^g est / ad fide / no^s t^e care / i
no ferat hat gdicedz molestie nec m
i potes x^o sue / ℔ et si potes lib^z fieri
ex gra dm / ul^t a^a via facali magis
ute / ℔ seru^te qua an seruiendo xpo
i membris suis ex^o xpi q sicut m
nster erat cu discipl^is / et papa se
vocat seruu seruoz di m licet suus
qui n mdm vot^us e i vot^g ad fide n
libez e dm i libe^r pt do sue et eccl^ie
e nnta ap^o deu sic dille^t que vocat
exme i libtate / si^t quibz vocat^s est
seruz ℣ sicut ille q^i votus e seruul
tenditois exno / d^n^t beus abrosus
apd dmm bo seruitus i bona libert
as equa lance appendunt / et q ut Laude
que sit eq^t sui xpi. Om^n^s con^t tui dio^s
preas empti estis ℔ sanguine xpi
qui equa^r fusus e pro utroque
emptus vd sue effica^r emptoris.
Solute fieri serui hom i dmi cten^e
seru^tem si p fuitute hom utrung
n pt simul stare ut q^s ap^r deu hui^r
sustz hois seruitute / De uirginib^9 De
at post q^s que de mrio^d hic gn^a agit virginib^9
de fugientibus pro meliori bono et
p^o de fugientibus pro q tien^a virgi
li. Sc^do de fugientibus pro tnedia
viduali. i mlier aligata p^a i duas
q^r p^mo agit de virginibus / 2^o de
virginu custodibus / 3 si q^s aut
turpem. p^a m tres q^r p^o sed^a p fug
que e m statu virgali / 2^o q^i quo
posse ptipari i statu gugali ubi
h^o tang / 3^o q^d tra h^o magis deat optu

Volo at p^r adhuc i duas q^r p^o dn^s de
ch^o sit pfem 2^o q^d liatum. i alligu
tus es. Circa p^m dicit apost. De virgi
bus at p^cptu dm no hec s^q p^d
ce vgi^tes ee nriaz ad salute q^r tale
alti^ms et perfcois e q^d pauca possit
ea attingere / dn^s d^t saluator matth
xix sut emuli q^i castra^nt sc^ti^pos r^r tyr^m
dei celoz / qui pt cape capiat q
dicat pauca repui^r ad hoc v doneo
cosiliu ac do tang de meliori bono
propt^e voes p^dcas sup eod caplo
tamq^d maz q seruitus ad no^m ut
sim fidelis no solu m xpi a^ct^s statu
℔ etia maplatu ex^t tu per que hoc
autem et straz g sule di ppter q^d sub
durg siliu sui dicens / Ex istmo g^o
bono ee s^s sm^r g tme pp^r mstantem
nat^tem i adeuitandu ocup acoz
dcu nria vite pn^s que i tam bu
dugatis dcta pulsione uxoris et
prolis p q^d hoc retrah^t a bono q tepla
cois et dine dilcois mo. / Allegatus
es hic consequ^r on^a quid sit liatus s.
matrimoniu contrahe^re i contractu
manere / d^t alligatus es uxori no
li quere soluconem. q^r forsitan ta
deres per timeraz experti em di
lcom venerez i actu venendi m
atu gugali reuertunt^r ad ea de
facili. Soluta es ab uxore noli que
re uxore / si potes cotme q^d e maig
bonu i n e dmi tendu pro mori
Si at a re pius uxore no pterita q^r
h^o e liatu viro z ecia mlieri io sub^a
et si mpsit vgo tribulacone
carnis hebit huiusmodi s^t matrio
uii. q^r mmmnet eis anxietas
meris z labor corpis circa pusioez
sue dom^g et plis z q^a alit^r comugii

53

De fraale suspicatur mulu fraudem
malitie & exper & sic imputetur in
manie tuis imperitat/ sit ne dabdi
in tarnis/ ergo aut vob pro q d no
polid dubo vob vid pfectis q dfi
tibus & in abstinencia ingiuitat ffi t
minori in ad eccliam & bn dcluare
potest/ hoc itaq; hic q̃ in- dubt ap
cpaliter pfectis ingiund pt hoc aliqm
mutu a ingruitis s. a licitis abstinet
& ep̃ fuit pt bonu nu & ad pugna
tand dicat g̃/ hoc itaq; dico facto
nis ad pfectionem qđ unitudo tpe
bene & vite hmoi. ppt q̃ q̃ quis
dubit ep̃ pt ad pfectoz tonam epdem
ht tpus mandi ideo pdt aliquid
& ut pu hui uxoz & aliquid non
habeo sint/ q̃ sit dup̃ vnomodo
ut nullus debeo nu ut ty ppi
gnut alio modo pfectis ut ubi ex
ingid & qui ffi̊ incaput etiam
ppt manus bonu adipiscendu/ & repu
sent & tristicie matiny hui q̃
frapuit & tingit in mnio ppt vu
ob aplm ppt tingendos & tinges
plan & similia tang nu plenus
pcedens pfundu & ex pte vita
bucnis etiam q̃ poluoz nr̃a pdo
& pu grandi & matiam grandi
hui ex aliqua tempali pplitate
& si plan ul similia q̃ tig ente
tanquid nu grandes cogitando
ep nu & nulid grandi nisi de bo
nis spualibz & etnis/ pplitis and
tempalibz sept vbgit magis in
ternundu & pu emat tanquid nu
possidet cogitando ep nu hanc
hic mundu & inimice sfi quirinu
hab xiij & pu utuntes hoc nu & pfe
fue uti bonis hui mundi ex p fue
diuitis & exper pmi tanquid non
utentes ita pdo & bonis pd
talibz q̃ dy nisi ppt fuã salua
tis & redau salubet ppenzoz ip
hoc fue difficilia & ad hoc reducit
ro motiuu ad dm/ ptm eni fugi
hui mdi ep̃m & etnum vanibi
litate ppt quod pezo anxiꝫ & di
uinis pdabz vite q̃ nichil
debi stabile ut & pt̃ ifi ad fi
nem mundi appropinquat huc ad
apparebit figura & cui sub hui mdi
ep̃m tis manebit ay sbm stabiz
vzpa obscura & clandestina nu
dicat pt̃ sbm hui mdi & ay
figuã/ volo aut hoc ep̃m audire ap
te pdca sit magis diligenda ep̃ & di
lect ostendam ingiunt ep̃m ante
mundi solicitudinem & unum etiam
ad exigendu dicit & ay deliciosam
& hz q̃ dicit/ volo aut ep̃m solli
tudine esse/ liquet & solicitudine
bona spualia predicta/ ep̃i aut
sine uxore & solicitu & q̃ dm fue
& q̃ fuit solicitudinem ep̃tudinem
ut sit solicitu & bonis spualibz
& etnis ep̃i aut ad uxore solicitu
& ep̃i fuit mundi ad placendum
uxori sibi familie & uxori ep̃m
placeat uxori nu solid p̃ter so
licitudinem fi via p noticiaz & bn
& diuisi & p̃ter fuit mundi
& p̃ter deo quadrupliciter bene unat
ny nuptie & nubere nupsit ref
ep̃m id & oppte nubere sic ex
pte uri & pz exodus sind/ parce
hoc ad utilitate vestra dico non ad
vob ad q̃d & melius & magis eligi
potestis & etiam nu ad laqueu
vob inicia ep̃i nu dico hoc tp

ntatu ad pfulate ḡo aid ordinaꝛe
nfirmos qm no pnd bid ḡtinꝛe ḡ ad
id quod ḡnerosiꝰ deꝰ tuendu aid
ē ḡnectissima 2 ḡb fiducialiteꝛ
pbaꝛe sme impedimeto deꝰ ob
seruandꝰ 1 pcepꝫ pnedi ḡ fiducia-
ter pbaꝛe tuendu aufeꝛe ipe-
dimeta deꝰ libꝛ pnedi q̄ sepiꝫ
ḡtingit eo qm ordo nimiu ipe
soliatudine incedi ꝛ tpalia ut
p pdcꝰ di qm tuꝛpe ḡ ipe agit
aplis & ugnid custodiby qm in
pmtid ordia erut pdcꝰ ecclaꝛ
2 pcos spualeꝫ ḡ ipo quibꝫ ipe
nualiby tradbuntuꝛ. ally ugnes
ugnes custodiꝛe. go si custos ugnis
pꝫ qua ipa uenit ad ordē adulta
uolebat pdare p pugna plablit ipz
uoluntaꝛiam & ugnitate. pdabꝰ & bor
ad sic custodiꝛ sm aute nupcias tra
dꝛ 2 ḡo 2 ḡb. dd di aute tuꝛpi-
tudē grosse se uidꝛi cōstituit
pꝫ ugnes sua 1 pꝫ ugnes q̄ dd
sua custodia 2 q̄ sic pꝫ adulta 1
cam pcauit ad ordē nubilem
2 tūc ipa pfiteꝰ qm aut pis
2 ordo no pt nupcias dc/pt aute
custos tal ugnis male grosse vid
dup̄ mo no a ugnes au dpplig
a nupcijs retardꝛi. alioꝝ ab aliꝫ
qm timet & lupꝫ ugnis aug vē
tudia maꝰ dn̄ uidꝛ. ro pbabꝛ
q̄ bñ ugo custodiꝛa facꝛe/ q̄ sic dn̄
mōnio qm ny ḡo no pcedit nec
ei custos/ no qm statuit ny ordi-
narius & custodia ugis no ḡhs
nocitate tradꝛi dd nupcias tꝰ qm
no vidꝛ dd adhuc inclinā mꝰ ti
met p ei lupꝫ nēandi. ptea ei
aut sibi sue voluntat & pua custodia

custodiꝛe 2 ḡo iudicē ny ordi. qm pua
ugnes sua absq; ei iniꝛia bñ pcat ḡ-
nab dd ny statu pfecti pp ordinē
ugnē. ro 2 pz bñ qꝺ dcis. aguli-
hic agit vbi mo & vbi dcaꝰ
aguliꝰ alligatꝰ 2 liꝫ 1 vncalꝰ
ei⁹ singuli. qꝛdo tpe vnc ei⁹ uxo-
ris ozpali. qm si dzimeꝛet/
vnc ei⁹ uxoꝛ ozpalē libꝛi 2
alios 1 a deꝰ vncalis tui uxoꝛ nubat
tibi ny dno 1 dny tui vnc sit fidelis
qm no pt tēp ei infideli bonoꝝ
aute dt p sic pnunciat. qꝛdm
mod ḡsimil ꝛ ny ḡtinꝛe ordinali
bꝰ qm sic nūcdꝰ libꝛm pt ḡ-
nire dno tuo qm ꝛde nupcie sue
sgnd ingtinꝛe. pncꝰ aut ep 2 ego
spūd di ḡ cum/ ḡo aut addit ad ord-
dnēdꝰ ep ei ḡsilis sit cordi nec
dat pncꝰ dubitatiue qm tꝛeb
erut p nouellaꝝ spūdā se ḡhz
ꝛ dat ḡo ad ordinēdū aliqꝰ nec-
tanda ne se appetendo ꝑfectiꝰ
spūd di se ḡhz qm nesciat homo
utꝛm amore vel odio dno digni
sit etc⁹ ro/ ꝛ. statuum · caplm

De hys aut pꝫ qm aplis eo-
mutatꝰ nstruit & nouo
nos hic qm ab nstruit & eua
nstre pacis & diuidit ny dnus pb
qm pmo ordinē mand qm ep
e pticipacio nupcie ydolozo. ordo
accedit ad ꝑmiū. ordinēdꝰ tuꝰ ꝑ
pmo ny dnus qm pmo ordinē
pticipiens ecclie ordo ꝛpm p
tricipationē eiꝰ ꝛ. pmo adhuc ny
dnus qm pmo ordinē dicitur
ecclie ordo nducit ad ꝑmiū
ꝑfectionis ea ꝛ. pmo pdcꝰ ep
nter tꝛinitatis cognoscendū ep

54

ramus vobis vniolutos. Ceterum nos aliquam fratres rogamus vos in domino ut talem habeatis ut aliquid timidi sitis aut infirmi sed vos estimabit. Videte ne quis malum pro malo alicui reddat. Sed semper quod bonum est sectamini in invicem et in omnes. Semper gaudete. Sine intermissione orate. In omnibus gratias agite. Hec enim est voluntas dei in christo ihesu in omnibus vobis. Spiritum nolite extinguere. Prophetias nolite spernere. Omnia autem probate. Quod bonum est tenete. Ab omni specie mala abstinete vos ipse autem deus pacis sanctificet vos per omnia. Et integer spiritus vester et anima et corpus sine querela in adventu domini nostri ihesu christi conservetur. Fidelis est qui vocat vos qui et faciet. Fratres orate pro nobis. Salutate fratres vestros in osculo sancto. Adiuro vos per dominum ut legatur epistola hec omnibus sanctis fratribus. Gratia domini nostri ihesu christi vobiscum. Amen.

Incipit ad thessalonicenses secunda.

Paulus et siluanus et timotheus ecclesie thessalonicensium in deo patre nostro et domino ihesu christo. Gratia vobis et pax a deo patre et domino ihesu christo. Gratias agere debemus deo semper pro vobis fratres sicut dignum est quia crescit fides vestra et abundat caritas unius cuiusque omnium vestrum in invicem ita ut nos ipsi in vobis gloriemur in ecclesiis dei pro patientia vestra et fide vestra in omnibus persecutionibus vestris et tribulationibus quas sustinetis exemplum iusti iudicii dei ut digni habeamini regno dei pro quo et patimini. Siquidem iustum est apud deum retribuere tribulationem his qui vos tribulant et vobis qui tribulamini requiem nobiscum in revelatione domini ihesu de celo cum angelis virtutis sue et in flamma ignis dantis vindictam his qui non noverunt deum et qui non obedient evangelio domini nostri ihesu christi qui penas dabunt interitum eternum a facie domini et a gloria virtutis eius cum venerit clarificari in sanctis suis et admirabilis fieri in omnibus qui credidistis testimonio nostro in illa die ut glorificetur nomen domini nostri ihesu christi in vobis et vos in illo secundum gratiam dei nostri et domini ihesu christi. Rogamus autem vos fratres per adventum domini nostri ihesu christi et nostram congregationem in eum ne cito moveamini a vestro sensu neque terreamini neque per spiritum neque per sermonem neque per epistolam tamquam per nos missam quasi instet dies domini. Ne quis vos seducat ullo modo quoniam nisi venerit discessio primum et revelatus fuerit homo peccati filius perditionis qui adversatur et extollitur supra omne quod dicitur deus aut quod colitur ita ut in templo dei sedeat ostendens illum quod deus sit. Non retinetis quod cum adhuc essem apud vos hec dicebam vobis. Et nunc quid detineat scitis ut reveletur in suo tempore. Nam mysterium iam operatur iniquitatis tantum ut qui tenet nunc teneat donec de medio fiat. Et tunc revelabitur ille iniquus quem dominus ihesus interficiet spiritu oris sui et destruet illustratione adventus sui eum cuius est adventus secundum operationem satane in omni virtute et signis et prodigiis mendacibus et in omni seductione iniquitatis his qui pereunt eo quod charitatem veritatis non receperunt ut salvi fierent propter hoc mittet illis deus operationem erroris ut credant mendacio ut iudicentur omnes qui non credunt veritati sed consentiunt iniquitati. Nos autem debemus gratias agere deo semper pro vobis fratres dilecti a deo quod elegerit vos deus primitias in salutem in sanctificatione spiritus et fide veritatis in quo et vocavit vos per evangelium nostrum in adquisitionem gloriae domini nostri ihesu christi. Itaque fratres state et tenete traditiones quas didicistis sive per sermonem sive per epistolam nostram. Ipse autem dominus noster ihesus christus et deus et pater noster qui dilexit nos et dedit consolationem eternam et spem bonam in gratia exhortetur corda vestra et confirmet in omni verbo et opere bono. De cetero fratres orate pro nobis ut sermo domini currat et clarificetur sicut et apud vos et ut liberemur ab importunis et malis hominibus non enim omnium est fides. Fidelis autem dominus est qui confirmabit vos et custodiet a malo. Confidimus autem in domino de vobis quoniam quod precipimus facitis et facietis. Dominus autem dirigat corda vestra in caritatem dei et patientiam christi. Precipimus autem vobis fratres in nomine domini nostri ihesu christi ut subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinate et non secundum traditionem quam acceperunt a nobis. Ipsi enim scitis quemadmodum oporteat imitari nos quia non inordinate conversati sumus inter vos neque gratis panem manducavimus ab aliquo sed in labore et fatigatione nocte ac die operantes ne quem vestrum gravaremus non quasi non habuerimus potestatem sed ut nosmetipsos formam daremus vobis ad imitandum nos. Nam et cum essemus apud vos hoc denuntiabamus vobis quoniam si quis non vult operari nec manducet. Audivimus enim inter vos quosdam ambulare inordinate nihil operantes sed curiose agentes. Iis autem qui eiusmodi sunt denuntiamus et obsecramus in domino ihesu christo ut cum silentio operantes suum panem manducent. Vos autem fratres nolite deficere bene facientes. Si quis autem non obedit verbo nostro per epistolam hunc notate et non commisceamini cum illo ut confundatur. Et nolite quasi inimicum existimare sed corripite ut fratrem. Ipse autem dominus pacis det vobis pacem sempiternam in omni loco. Dominus sit cum omnibus vobis. Salutatio mea manu pauli quod est signum in omni epistola ita scribo. Gratia domini nostri ihesu christi cum omnibus vobis. Amen.

Incipit ad thessalonicenses tertia.

Paulus apostolus ihesu christi per voluntatem dei secundum promissionem vite que est in christo ihesu timotheo dilecto filio gratiam misericordiam pacem a deo patre et christo ihesu domino nostro. Sicut rogavi te ut remaneres ephesi cum irem macedoniam ut denuntiares quibusdam ne aliter docerent neque intenderent fabulis et genealogiis interminatis que questiones prestant magis quam edificationem dei que fides est. Finis autem precepti est caritas de corde puro et conscientia bona et fide non ficta. Quibus quidam aberrantes conversi sunt in vaniloquium volentes esse legis doctores non intellegentes neque quae loquuntur neque de quibus affirmant. Scimus autem quia bona lex est si quis ea legitime utatur sciens hoc quia iusto lex non est posita sed iniustis et non subditis impiis et peccatoribus sceleratis et pollutis patricidis et matricidis homicidis fornicariis et masculorum concubitoribus plagiariis mendacibus periuris et si quid aliud sanae doctrine adversatur quae secundum evangelium est gloriae dei beati qui mihi credita est ego gratias habeo christo ihesu domino nostro qui confortavit me quoniam fidelem me existimavit ponens in ministerio me qui prius blasphemus et persecutor et contumeliosus sed misericordiam consecutus sum quia ignorans feci in incredulitate. Superabundavit autem gratia domini nostri cum fide et dilectione que est in christo ihesu. Fidelis sermo et omni acceptione dignus quia christus ihesus venit in hunc mundum peccatores salvos facere quorum primus ego sum sed propterea misericordiam consecutus sum ut in me primo ostenderet christus ihesus omnem patientiam ad informationem eorum qui credituri sunt illi in vitam eternam. Regi autem seculorum immortali invisibili soli deo honor et gloria in secula seculorum. Amen. Hanc precepti commendationem commendo tibi fili timothee secundum precedentes in te prophetias ut milites in illis bonam militiam habens fidem et bonam conscientiam quam quidam repellentes circa fidem naufragaverunt ex quibus est hymenaeus et alexander quos tradidi satanae ut corripiantur non blasphemare. Obsecro igitur primum omnium fieri obsecrationes orationes postulationes gratiarum actiones pro omnibus hominibus pro regibus et omnibus qui in sublimitate sunt ut quietam et tranquillam vitam agamus in omni pietate et castitate hoc enim bonum est et acceptum coram salvatore nostro deo qui omnes homines vult salvos fieri et ad agnitionem veritatis venire. Unus enim deus unus et mediator dei et hominum homo christus ihesus qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus testimonium temporibus suis in quo positus sum ego predicator et apostolus veritatem dico non mentior doctor gentium in fide et veritate. Volo igitur viros orare in omni loco levantes puras manus sine ira et contentione similiter et mulieres in habitu ornato cum verecundia et sobrietate ornantes se non in tortis crinibus aut auro aut margaritis aut veste pretiosa sed quod decet mulieres promittentes pietatem per opera bona. Mulier in silentio discat cum omni subiectione docere autem mulieri non permitto neque dominari in virum sed esse in silentio. Adam enim primus formatus est deinde heva. Et adam non est seductus mulier autem seducta in prevaricatione fuit. Salvabitur autem per filiorum generationem si permanserit in fide et dilectione et sanctificatione cum sobrietate. Fidelis sermo si quis episcopatum desiderat bonum desiderat opus. Oportet ergo episcopum irreprehensibilem esse unius uxoris virum sobrium prudentem ornatum pudicum hospitalem doctorem non vinolentum non percussorem non litigiosum non cupidum sed modestum non litigiosum non avarum unius uxoris virum filiis suis bene imperantem cum omni castitate. Si quis autem domui sue preesse nescit quomodo ecclesie dei diligentiam habebit. Non neophytum ne in superbiam elatus in iudicium incidat et laqueum diaboli. Oportet autem illum et testimonium habere bonum ab his qui foris sunt ut non in obprobrium incidat et laqueum diaboli. Diaconos similiter pudicos non bilingues non multo vino deditos non turpe lucrum sectantes habentes mysterium fidei in conscientia pura et hi autem probentur primum et sic ministrent nullum crimen habentes. Mulieres similiter pudicas non detractrices sobrias fideles in omnibus. Diaconi sint unius uxoris viri qui filiis suis bene presunt et suis domibus. Qui enim bene ministraverit gradum bonum sibi adquirit multam fiduciam in fide que est in christo ihesu. Hec tibi scribo sperans me venire ad te cito. Si autem tardavero ut scias quomodo oporteat in domo dei conversari quae est ecclesia dei vivi columna et firmamentum veritatis et manifeste magnum est pietatis sacramentum quod manifestatum est in carne iustificatum est in spiritu apparuit angelis predicatum est gentibus creditum est in mundo assumptum est in gloria. Spiritus autem manifeste dicit quia in novissimis temporibus discedent quidam a fide attendentes spiritibus erroris et doctrinis demoniorum in hypocrisi loquentium mendacium et cauterium habentium in conscientia sua prohibentium nubere abstinere a cibis quos deus creavit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus et his qui cognoverunt veritatem quia omnis creatura dei bona et nihil abiciendum quod cum gratiarum actione percipitur sanctificatur enim per verbum dei et orationem. Hec proponens fratribus bonus eris minister christi ihesu enutritus verbis fidei et bone doctrine cui adhesisti. Adolescentiam tuam nemo contemnat sed forma esto fidelium verbo conversatione caritate fide castitate. Attende lectioni exhortationi doctrine. Noli negligere gratiam que in te est quae data est tibi per prophetiam cum impositione manuum presbyterii. Hec meditare in his esto ut profectus tuus manifestus sit omnibus. Attende tibi et doctrine insta in illis hoc enim faciens et te ipsum salvum facies et eos qui te audiunt. Seniorem ne increpaveris sed obsecra ut patrem adolescentulos ut fratres anus ut matres iuvenculas ut sorores in omni castitate. Vidue honora que vere vidue sunt. Si qua autem vidua filios aut nepotes habet discat primum domum suam pie regere et mutam retribuere parentibus hoc enim acceptum coram deo. Que autem vere vidua est et desolata speret in deo et instet obsecrationibus et orationibus nocte ac die. Nam que in deliciis est vivens mortua est. Et hec precipe ut inculpabiles sint. Si quis autem suorum et maxime domesticorum curam non habet fidem negavit et est infideli deterior. Vidua eligatur non minus sexaginta annos habens que fuerit uxor unius viri in operibus bonis testimonium habens si filios educavit si hospitio recepit si sanctorum pedes lavit si tribulationem patientibus subministravit si omne opus bonum subsecuta est. Adolescentiores autem vidue devita cum enim luxuriate fuerint in christo nubere volunt habentes damnationem quia primam fidem irritam fecerunt. Simul autem et otiose discunt circuire domos non solum otiose sed et verbose et curiose loquentes quae non oportet. Iuniores ergo nubere volo filios procreare matresfamilias bene dominari nullam occasionem detrahendi dare adversario gratia enim iam quedam conversae sunt retro post satanam. Si quis fidelis habet viduas sustentet illas et non gravetur ecclesia ut his que vere vidue sunt sufficiat. Qui bene presunt presbyteri duplici honore digni habeantur maxime qui laborant in verbo et doctrina. Dicit enim scriptura bovi trituranti non infrenabis os et dignus operarius mercede sua. Adversus presbyterum accusationem noli recipere nisi sub duobus aut tribus testibus. Peccantes coram omnibus argue ut et ceteri timorem habeant. Testificor coram deo et domino ihesu christo et electis angelis ut hec custodias sine prejudicio nihil faciens declinando. Manus cito nemini imposueris neque communicaveris peccatis alienis. Te ipsum castum custodi. Noli adhuc aquam bibere sed modico vino utere propter stomachum tuum et frequentes tuas infirmitates. Quorundam hominum peccata manifesta sunt precedentia ad iudicium quosdam autem et subsequuntur. Similiter et facta bona manifesta sunt et quae aliter se habent abscondi non possunt. Quicumque sub iugo sunt servi dominos suos omni honore dignos arbitrentur ne nomen domini et doctrina blasphemetur. Qui autem fideles habent dominos non contemnant eos quoniam fratres sunt sed magis serviant quoniam fideles sunt et dilecti qui beneficii participes sunt. Hec doce et exhortare. Si quis aliter docet et non acquiescit sanis sermonibus domini nostri ihesu christi et ei qui secundum pietatem doctrine est inflatus est nichil sciens sed languens circa questiones et pugnas verborum ex quibus oriuntur invidie contentiones blasphemie suspitiones male conflictationes hominum mentibus corruptis et qui veritate privati sunt existimantium questum esse pietatem. Erit autem questus magnus pietas cum sufficientia. Nichil enim intulimus in hunc mundum haud dubium quod nec auferre quid possumus. Habentes autem alimenta et quibus tegamur his contenti simus. Nam qui volunt divites fieri incidunt in tentationem et laqueum diaboli et desideria multa inutilia et nociva que mergunt homines in interitum et perditionem. Radix enim omnium malorum est cupiditas quam quidam appetentes erraverunt a fide et inseruerunt se doloribus multis. Tu autem o homo dei hec fuge sectare vero iustitiam pietatem fidem caritatem patientiam mansuetudinem certa bonum certamen fidei apprehende in qua vocatus es et confessus es bonam confessionem coram multis testibus. Precipio tibi coram deo qui vivificat omnia et christo ihesu qui testimonium reddidit sub pontio pilato bonum confessionem ut serves mandatum sine macula inreprehensibile usque in adventum domini nostri ihesu christi quem suis temporibus ostendet beatus et solus potens rex regum et dominus dominantium qui solus habet immortalitatem et lucem habitat inaccessibilem quem nullus hominum vidit sed nec videre potest cui honor et imperium sempiternum. Amen. Divitibus huius seculi precipe non sublime sapere neque sperare in incerto divitiarum sed in deo vivo qui prestat nobis omnia abundanter ad fruendum bene agere divites fieri in operibus bonis facile tribuere communicare thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum ut apprehendant veram vitam. O timothee depositum custodi devitans profanas vocum novitates et oppositiones falsi nominis scientie quam quidam promittentes circa fidem exciderunt. Gratia vobiscum. Amen.

Incipit ad timotheum secunda.

Paulus apostolus ihesu christi per voluntatem dei secundum promissionem vite que est in christo ihesu timotheo dilecto filio gratiam misericordiam pacem a deo patre et christo ihesu domino nostro. Gratias ago deo meo cui servio a progenitoribus meis in conscientia pura quod sine intermissione habeam memoriam tui in orationibus meis nocte ac die desiderans videre te memor lacrimarum tuarum ut gaudio repleamur. Recordationem accipiens eius quae in te est fidei non ficte quae habitavit primum in avia tua loide et matre tua eunice certus sum quia in te quoque. Propter quam causam admoneo te ut resuscites gratiam dei que est in te per impositionem manuum mearum. Non enim dedit nobis deus spiritum timoris sed virtutis et dilectionis et sobrietatis. Noli ergo erubescere testimonium domini nostri neque me vinctum eius sed collabora evangelio secundum virtutem dei qui salvos nos fecit et vocavit vocatione sancta non secundum opera nostra sed secundum propositum suum et gratiam que data est nobis in christo ihesu ante tempora secularia. Illuminavit autem per adventum salvatoris nostri ihesu christi destruentis quidem mortem illuminantis autem vitam et immortalitatem per evangelium in quo positus sum ego predicator et apostolus et doctor gentium. Propter quas causas et hec patior sed non confundor scio enim cui credidi et certus sum quia potens est depositum meum servare in illum diem. Formam habe sanorum verborum quae a me audisti in fide et dilectione que est in christo ihesu bonum depositum custodi per spiritum sanctum qui habitat in nobis. Scis hoc quoniam aversi sunt me omnes qui sunt in asia ex quibus est phigellus et hermogenes. Det misericordiam dominus onesiphori domui quia me sepe refrigerium dedit et catenam meam non erubuit sed cum esset romae sollicite me quesivit et invenit illi det dominus invenire misericordiam a domino in illa die quam bene illi ministraverit tu melius nosti. Tu ergo fili confortare in gratia que est in christo ihesu et quae audisti per multos testes hec commenda fidelibus hominibus qui idonei erunt et alios docere. Labora sicut bonus miles christi ihesu nemo militans deo implicat se negotiis secularibus ut ei placeat cui se probavit. Nam et qui certat in agone non coronatur nisi legitime certaverit. Oportet laborantem agricolam primum de fructibus percipere. Intellege quae dico dabit enim tibi dominus in omnibus intellectum. Memor esto domini nostri ihesu christi resurrexit a mortuis de semine david secundum evangelium meum in quo laboro usque ad vincula quasi malefactor sed verbum dei non est alligatum. Ideo omnia sustineo propter electos ut et ipsi salutem consequantur que est in christo ihesu cum gloria celesti. Fidelis sermo nam si commortui sumus et convivemus si sustinemus et conregnabimus si negabimus et ille negabit nos si non credimus ille fidelis permanet negare seipsum non potest. Hec commone testificans coram deo non contendere verbis ad nichil utile nisi ad subversionem audientium. Sollicite cura teipsum probabilem exhibere deo operarium inconfusibilem recte tractantem verbum veritatis. Devita autem profanas vocum novitates multum enim proficient ad impietatem et sermo eorum ut cancer serpit. Ex quibus est hymenaeus et philetus qui circa veritatem exciderunt dicentes resurrectionem esse iam et subvertunt quorundam fidem. Sed firmum fundamentum dei stat habens signaculum hoc cognovit dominus qui sunt eius et discedat ab iniquitate omnis qui nominat nomen domini. In magna autem domo non solum sunt vasa aurea et argentea sed et lignea et fictilia et quedam quidem in honorem quedam vero in contumeliam. Si quis ergo emundaverit se ab istis erit vas in honorem sanctificatum et utile domino ad omne opus bonum paratum. Iuvenilia autem desideria devita sectare vero iustitiam fidem caritatem pacem cum invocantibus dominum de corde puro. Stultas autem et sine disciplina questiones devita sciens quia generant lites servum autem domini non oportet litigare sed mansuetum esse ad omnes docibilem sustinentem modeste corripientem eos qui resistunt si quando det illis deus penitentiam ad cognoscendam veritatem et resipiscant a diaboli laqueis a quo captivi tenentur in eius voluntatem. Hoc autem scito quod in novissimis diebus instabunt tempora periculosa erunt homines seipsos amantes cupidi elati superbi blasphemi parentibus non obedientes ingrati scelesti sine affectione sine pace criminatores incontinentes inmites sine benignitate proditores protervi tumidi et voluptatum amatores magis quam dei habentes speciem quidem pietatis virtutem autem eius abnegantes et hos devita. Ex his enim sunt qui penetrant domos et captivas ducunt mulierculas oneratas peccatis que ducuntur desideriis variis semper discentes et numquam ad scientiam veritatis pervenientes. Quemadmodum autem iamnes et mambres restiterunt moysi ita et hi resistunt veritati homines corrupti mente reprobi circa fidem sed ultra non proficient insipientia enim eorum manifesta erit omnibus sicut et illorum fuit. Tu autem assecutus es meam doctrinam institutionem propositum fidem longanimitatem dilectionem patientiam persecutiones passiones qualia mihi facta sunt antiochie iconii lystris quas persecutiones sustinui et ex omnibus eripuit me dominus et omnes qui pie volunt vivere in christo ihesu persecutionem patientur. Mali autem homines et seductores proficient in peius errantes et in errorem mittentes. Tu vero permane in his quae didicisti et credita sunt tibi sciens a quibus didiceris et quia ab infantia sacras litteras nosti que te possunt instruere ad salutem per fidem que est in christo ihesu. Omnis scriptura divinitus inspirata utilis est ad docendum ad arguendum ad corripiendum ad erudiendum in iustitia ut perfectus sit homo dei ad omne opus bonum instructus. Testificor coram deo et ihesu christo qui iudicaturus est vivos et mortuos per adventum ipsius et regnum eius predica verbum insta opportune importune argue obsecra increpa in omni patientia et doctrina. Erit enim tempus cum sanam doctrinam non sustinebunt sed ad sua desideria coacervabunt sibi magistros prurientes auribus et a veritate quidem auditum avertent ad fabulas autem convertentur. Tu vero vigila in omnibus labora opus fac evangeliste ministerium tuum impleto. Ego enim iam delibor et tempus resolutionis meae instat. Bonum certamen certavi cursum consummavi fidem servavi. In reliquo reposita est mihi corona iustitie quam reddet mihi dominus in illa die iustus iudex non solum autem mihi sed et omnibus qui diligunt adventum eius. Festina ad me cito. Demas enim me dereliquit diligens hoc seculum et abiit thessalonicam crescens in galatiam titus in dalmatiam. Lucas est mecum solus. Marcum assumens adduc tecum est enim mihi utilis in ministerium. Tychicum autem misi ephesum. Penulam quam reliqui troade apud carpum veniens adfer tecum et libros maxime membranas. Alexander eramarius multa mala mihi ostendit reddet illi dominus secundum opera sua quem et tu devita valde enim restitit verbis nostris. In prima mea defensione nemo mihi affuit sed omnes me dereliquerunt non illis imputetur. Dominus autem mihi astitit et confortavit me ut per me predicatio impleatur et audiant omnes gentes et liberatus sum de ore leonis. Liberavit me dominus ab omni opere malo et salvum faciet in regnum suum celeste cui gloria in secula seculorum. Amen. Salutate priscam et aquilam et onesiphori domum. Erastus remansit corinthi trophimum autem infirmum reliqui mileto. Festina ante hiemem mittere. Salutat te eubulus et pudens et linus et claudia et fratres omnes. Dominus ihesus christus cum spiritu tuo. Gratia vobiscum. Amen.

Incipit ad titum.

Paulus servus dei apostolus autem ihesu christi secundum fidem electorum dei et agnitionem veritatis que secundum pietatem est in spem vite eterne quam promisit qui non mentitur deus ante tempora secularia manifestavit autem tempore suo verbum suum in predicatione quae credita est mihi secundum preceptum salvatoris nostri dei. Tito dilecto filio secundum communem fidem gratia misericordia pax a deo patre et christo ihesu salvatore nostro. Huius rei gratia reliqui te in creta ut ea que desunt corrigas et constituas per civitates presbyteros sicut et ego tibi disposui si quis sine crimine est unius uxoris vir filios habens fidelia non in accusatione luxurie aut non subditos. Oportet enim episcopum sine crimine esse sicut dei dispensatorem non superbum non iracundum non vinolentum non percussorem non turpis lucri cupidum sed hospitalem benignum sobrium iustum sanctum continentem amplectentem eum qui secundum doctrinam est fidelem sermonem ut potens sit exhortari in doctrina sana et eos qui contradicunt arguere. Sunt enim multi etiam inoboedientes vaniloqui et seductores maxime qui de circumcisione sunt quos oportet redargui qui universas domos subvertunt docentes quae non oportet turpis lucri gratia. Dixit quidam ex illis proprius ipsorum propheta cretenses semper mendaces malae bestiae ventres pigri testimonium hoc verum est. Quam ob causam increpa eos dure ut sani sint in fide non intendentes iudaicis fabulis et mandatis hominum aversantium se a veritate. Omnia munda mundis coinquinatis autem et infidelibus nichil mundum sed inquinata est eorum et mens et conscientia. Confitentur se nosse deum factis autem negant cum sint abominati et inoboedientes et ad omne opus bonum reprobi. Tu autem loquere quae decent sanam doctrinam. Senes ut sobrii sint pudici prudentes sani fide dilectione patientia. Anus similiter in habitu sanctis bene docentes ut prudentiam doceant adolescentulas ut viros suos ament filios suos ament prudentes pudicas castas domus curam habentes benignas subditas viris suis ut non blasphemetur verbum dei. Iuvenes similiter hortare ut sobrii sint circa omnia te ipsum prebe exemplum bonorum operum in doctrina integritatem gravitatem verbum sanum irreprehensibile ut is qui ex adverso est vereatur nichil habens malum dicere de nobis. Servos dominis suis subditos esse in omnibus placentes non contradicentes non fraudantes sed in omnibus fidem bonam ostendentes ut doctrinam salvatoris nostri dei ornent in omnibus. Apparuit enim gratia dei salvatoris nostri omnibus hominibus erudiens nos ut abnegantes impietatem et secularia desideria sobrie et iuste et pie vivamus in hoc seculo exspectantes beatam spem et adventum gloriae magni dei et salvatoris nostri ihesu christi qui dedit semetipsum pro nobis ut redimeret nos ab omni iniquitate et mundaret sibi populum acceptabilem sectatorem bonorum operum. Hec loquere et exhortare et argue cum omni imperio nemo te contemnat. Admone illos principibus et potestatibus subditos esse dicto obedire ad omne opus bonum parates esse neminem blasphemare non litigiosos esse sed modestos omnem ostendentes mansuetudinem ad omnes homines. Eramus enim aliquando et nos insipientes increduli errantes servientes desideriis et voluptatibus variis in malitia et invidia agentes odibiles odientes invicem. Cum autem benignitas et humanitas apparuit salvatoris nostri dei non ex operibus iustitie que fecimus nos sed secundum suam misericordiam salvos nos fecit per lavacrum regenerationis et renovationis spiritus sancti quem effudit in nos abunde per ihesum christum salvatorem nostrum ut iustificati gratia ipsius heredes simus secundum spem vite eterne. Fidelis sermo et de his volo te confirmare ut curent bene operari qui credunt deo. Hec sunt bona et utilia hominibus. Stultas autem questiones et genealogias et contentiones et pugnas legales devita sunt enim inutiles et vanae. Hereticum hominem post unam et secundam correptionem devita sciens quia subversus est qui eiusmodi est et delinquit proprio iudicio condemnatus. Cum misero artemam aut tichicum ad me festina venire nicopolim ibi enim decrevi hiemare. Zenam legis doctorem et apollo diligenter premitte ut nichil illis desit. Discant autem et nostri bonis operibus presse ad necessarios usus ne sint infructuosi. Salutant te qui mecum sunt omnes. Salutate eos qui nos amant in fide. Gratia vobiscum. Amen.

Incipit ad philemonem.

Paulus vinctus ihesu christi et timotheus frater philemoni dilecto et adiutori nostro et apphie sorori carissime et archippo commilitoni nostro et ecclesie que in domo tua est. Gratia vobis et pax a deo patre nostro et domino ihesu christo. Gratias ago deo meo memoriam tui faciens semper in orationibus meis audiens caritatem tuam et fidem quam habes in domino ihesu et in omnes sanctos ut communicatio fidei tue evidens fiat in agnitione omnis boni quod in nobis est in christo ihesu. Gaudium enim magnum habui et consolationem in caritate tua quia viscera sanctorum requieverunt frater per te. Propter quod multam fiduciam habens in christo ihesu imperandi tibi quod ad rem pertinet propter caritatem magis rogo cum sis talis paulus senex nunc autem et vinctus ihesu christi. Obsecro te pro meo filio quem genui in vinculis onesimo qui tibi aliquando inutilis fuit nunc autem et mihi et tibi utilis quem remisi tibi eum autem quod est viscera mea. Quem ego volueram mecum detinere ut pro te mihi ministraret in vinculis evangelii sine consilio autem tuo nichil volui facere ut ne quasi ex necessitate bonum tuum esset sed voluntarium. Forsitan enim ideo discessit ad horam ut eternum illum recipias iam non ut servum sed pro servo carissimum fratrem maxime mihi quanto autem magis tibi et in carne et in domino. Si ergo habes me socium suscipe illum sicut me si autem aliquid nocuit tibi aut debet hoc mihi puta ego paulus scripsi mea manu ego reddam ut non dicam tibi quod et teipsum mihi debes. Ita frater ego te fruar in domino refice viscera mea in christo confidens in obedientia tua scribens tibi scio quoniam et supra quam dico facies. Simul autem et para mihi hospitium spero enim quod per orationes vestras donabor vobis. Salutat te epaphras concarceralis meus in christo ihesu marcus aristarchus demas lucas adiutores mei. Gratia domini nostri ihesu christi cum spiritu vestro. Amen.

Incipit ad hebreos.

